

www.e-rara.ch

Marci Tullii Ciceronis Officiorum libri tres

Cicero, Marcus Tullius

Basileae, an. 1524

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-651>

Marci Tullii Ciceronis offi. liber III.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

MARCI

TVLLII CICERONIS

OFFI. LIBER III.

Hic Hānibale
pulsō Aphri-
cam fecit tri-
butariam.

Aequalis ad
etatem refer-
tur.

Decora con-
tentio ac tra-
ductio.

Cessare, pro
otitari, aut ni-
hil agere.

Acuere, pro
acriorem face-
re.
Verecūde col-
lationem in-
greditur.



VBLIVM SCI-
pionem Marce fili,
eū q primus Aphri-
canus appellatus est
dicere solitum scri-
psit Cato, q fuit ferē
eius equalis, Nunq̄

se minus otiosum esse, q̄ cū otiosus, nec minus
solū, q̄ cum solus esset. Magnifica uero uox
et magno uiro, et sapiente digna: quæ de-
clarat illum et in otio de negotijs cogitare,
et in solitudine secum loqui solitum, ut neq;

cessaret unquam, et interdum colloquio alte-
rius nō egeret. Itaq; duæ res quæ languorem
afferunt ceteris, illum acuebant, otium et

solitudo. Vellem et nobis hoc idem uere di-
cere liceret. Sed si minus imitatione tantam
ingenij præstantiam consequi possumus, uo-

luntate certe proxime accedimus. Nam et à
republica, forensibusq; negotijs, armis im-
pijs uiq; prohibiti, otium persequimur: Et ob
eam causam iurbe relicta, rura peragrantes

sepe

Sæpe soli sumus. Sed nec otium hoc cum Aphri-
 cani otio, nec hæc solitudo cum illa comparan-
 da est. Ille enim requiescens à repub. pulcherri-
 mis muneribus, otium sibi sumebat aliquādo, &
 à cœtu hominum, frequentiaq; interdum, tanq̃
 in portum, se in solitudinem recipiebat. Nostri
 autem otium negotij inopia, nec requiescēdi stu-
 dio constitutum est. Extincto enim senatu, dele-
 tisq; iudicijs, quid est quod dignum nobis, aut in
 curia, aut in foro agere possimus? Ita qui in ma-
 xima celebritate, atq; in oculis ciuium quondam
 uiximus, nunc fugientes conspectū sceleratorū,
 quibus omnia redundant, abdimus nos quantum
 licet, & sæpe soli sumus. Sed quia sic ab homini-
 bus doctis accepimus, nō solū ex malis minima
 oportere eligere, sed etiā excerpere ex his ipsis,
 si quid inest boni: Propterea & otio fruor, nō
 illo quidē quo debeat is, qui quondam peperisset
 otium ciuitati: Nec eam solitudinē languere pa-
 tior, quam mihi affert necessitas non uoluntas:
 Quanquam Aphricanus maiorem laudem (uel
 meo iudicio) asquebatur, nulla tamen eius in-
 genij monumenta mandata literis, nullum opus
 otij, nullū solitudinis munus extat. Ex quo intelli-
 gi debet illū mentis agitatione, inuestigationeq;
 earum rerum, quas cogitando consequabatur,

Latenter
 suum otium
 cōmendat

Sapiēs, ne nec otiosum, nec solum unq̄ fuisse. Nos autē qui que otio= non tantū roboris habemus, ut cogitatione taci= sus unquā ta à solitudine abstrahamur, ad hanc scribendū neq; solus operam omne studiū curamq; cōuertimus. Itaq; plura breuī tempore euerfa, quā multis annis stante rep. scripsimus. Sed cum tota philosophia mi Cicero frugifera & fructuosa, nec ulla pars eius inculta ac deserta sit, tamen nullus feracior in ea locus est, nec uberior, q̄ de officijs, à quibus constanter honesteq; uiuendī praecepta ducūtur. Quare quanq̄ à Cratippo nostro principe huius

Memoriae memoriae philosophorum, hoc te assidue audire, i. etatis. atq; accipere confido: tamen cōducere arbitror talibus aures tuas uocibus undiq; circunsonare,

Loci co= nec eas (si fieri possit) quicq̄ aliud audire. Quod hortandi cum omnibus est faciendum, qui uitā honestam primum à ingredi cogitant: tamē haud scio, an nemini posse, deinde tuus quā tibi. Sustines enim non paruum ab expectationem imitandae industriae nostrae, magnam tatiōe quā honorum, nonnullam fortasse nominis. Suscepisti à sua Cra onus praeterea graue, & Athenarū & Cratippi, tippiq; p= ad quos cum tanq̄ ad mercaturam bonarū artium sona, tum sis profectus, inanem redire turpissimū est, dede= etiam à lo corantē & urbis autoritatē, & magistrī. Quare eo colligit quantum conniti animo potes, quantum labore 60 cōtendere (si discendi labor est potius quā uo

luptas

luptas) tantum fac, ut efficias : néue committas, ut cum omnia suppeditata sint à nobis, tute tibi de- fuisse uideare. Sed hæc hæctenus. Multa enim sæpe ad te cohortandi gratia scripsimus. Nunc ad reliquã partẽ propositæ diuisionis reuertamur.

Reprehensus Panætius, quod tria genera pollici- tus, tertium nõ exoluerit. Ab alijs item notatus, quod eam partẽ homo Stoicus induxerit, in qua diceretur cum honestate pugnare utilitas, atq; à Cicerone defensus.



Anætius igitur, qui sine controuersia de officijs accuratissime disputa- uit, quemq; nos, correctione quadã adhibita, potissimũ sequuti sumus, tribus generibus propositis, in quibus deliberare homines, & consultare de officio solerent, uno, cum dubitarent honestumne id esset, de quo age- retur, an turpe, altero, utilẽ ne, an inutile, ter- tio, si id quod speciem haberet honesti, pugnaret cum eo quod utile uideretur, quomodo ea discer- ni oporteret: De duobus generibus primis, tribus libris explicauit: de tertio autẽ genere deinceps se scripsit dicturum: nec exoluit quod promise- rat. Quod eo magis miror, quia scriptum à disci-

pulo eius Possidonio est, triginta annis uixisse
 Ar illos. Panætium, postquam eos libros edidisset. Quem
 locum miror à Possidonio breuiter esse tractatū
 in quibusdam cōmentarijs, præsertim cum scri-
 bat nullum esse locū in tota philosophia tam ne-
 cessarium. Minime uero assentior his, qui negāt
 eum locum à Panætio prætermisum, sed consula-
 to relictum, nec omnino scribendum fuisse, quia
 nunquam posset utilitas cum honestate pugna-
 re: de quo alterum potest habere dubitationem,
 adhibēdum ne fuerit hoc genus, quod in diuisione
 ne Panætij tertium est, an planè omittendum, al-
 terum dubitari non potest, quin à Panætio susce-
 ptum sit, sed derelictum. Nam qui è diuisione tri-
 pertita duas partes absoluerit, huic neesse est re-
 stare tertiam. Præterea in extremo libro tertio
 de hac parte pollicetur se deinceps esse dicturū.

Accedit eodem testis locuples Possidonius, qui
 Nobilis il etiam scribit in quadam epistola P. Rutiliū Rufū
 la Venus fum dicere solere, qui Panætium audiuerat, ut
 Apellis, ca nemo pictor esset inuentus, qui Veneris eam par-
 pite tantū tem, quam Apelles inchoatam reliquisset, absol-
 absoluta, ueret (oris enim pulchritudo, reliqui corporis
 reliquo imitandi, spem auferebat) sic ea quæ Panætius
 corpe de prætermisisset, & nō perfecisset, propter eorum
 liniata so quæ fecisset præstantiam, neminem esse perse-
 lum. quutum.

quutum. Quamobrem de iudicio Panætij dubi-
 tari non potest. Recte ne autem hanc tertiã par-
 tem ad exquirendum officium adiunxerit, an se-
 cus, de eo fortasse dubitari potest. Nam siue ho-
 nestum solum bonum est, ut Stoicis placet, siue Vnicũ bo-
 num Stoicis
 quod honestum est, id ita summum bonum est
 ci ponũt,
 (quemadmodũ Peripateticis nostris uidetur) ut Peripate-
 omnia ex altera parte collocata uix minimi mo-
 tici ordi-
 menti instar habeant, dubitandum non est, quin nem bono
 nunquam possit utilitas cum honestate contende-
 rum indu-
 re. Itaq; accepimus Socratem solitum execrari-
 cunt,
 eos, qui primum hæc natura coherentia, opinio-
 ne distraxissent. Cui quidem ita sunt Stoici assen-
 si, ut quicquid honestum esset, id utile esse cense-
 rent: nec utile quicquid, quod non honestum. Quod
 si is esset Panætius, qui uirtutem propterea co-
 lendam diceret, quod ea efficiens utilitatis esset
 61
 (ut hi qui res expetendas, uel uoluptate, uel indi-
 gentia metiuntur) liceret ei dicere honestatem
 aliquando cum utilitate pugnare. Sed cum si is,
 qui id solum bonum iudicet quod honestum sit,
 quæ autem huic repugnent specie quadam utili-
 tatis, eorum neque accessione meliorem uitam
 fieri, nec discessione peiorem, non uidetur hu-
 iusmodi debuisse deliberationem introducere,
 in qua quod utile uideretur, cum eo quod hone-
 stum

62 *stum est comparetur. Etenim quod summum bonum à Stoicis dicitur, cōueniēter naturæ uiuere, id habet hanc (ut opinor) sententiam, cum uirtute congruere semper. Cætera autem quæ secūda Legere, p̄ dum naturam eſſent ita legere, si ea uirtuti non sumere uel repugnarent. Quod cum ita sit, putant quidam deligere. hanc cōparationem recte nō eſſe introductam, nec omnino de eo genere quicquam præcipiendum fuisse. Atq; illud quidē honestum quod pro-*
Vera uir- prie uereq; dicitur, id in sapiētibus est solis: neq;
tus in uno à uirtute diuelli unquam potest. In his autē qui-
sapiente, bus sapientia perfecta non est, ipsum illud quidē
Simula= perfectum honestum nullo modo eſſe potest, sed
chra eius similitudines honesti eſſe poſſunt. Hæc igitur
etiā in me= omnia officia de quibus his libris disputamus,
diocribus. media Stoici appellāt, & ea communia sunt, &
 63 *quantur, & progreſſione diſcēdi. Illud autē offi-*
cium quod rectum iſdem appellant, perfectum
Omnes nu= atq; absolutum est, & ut ydem dicunt, omnes nu-
meros, id ē meros habet: nec præter sapiētem cadere in quen-
nulla pars quam potest. Cum autē aliquid actum est, in quo
deest. media officia comparantur, id cumulate uide-
tur eſſe perfectum, propterea quod uulguſ quid
absit à perfecto, ferè non ex toto intelligit, quæ
tenuſ autē intelligit, nihil putat prætermiſſum.

Quod

Quod autē in poëmatibus, & in picturis usu ue-
 nit, in alijsq; compluribus, ut delectentur impe-
 riti, laudentq; ea quæ laudāda non sint, ob eam
 credo causam, quod insit in his aliquid probi,
 quod capiat ignaros, qui quidē quid in unaquaq;
 re uitij sit, nequeāt iudicare: Itaq; cum sint docti
 à peritis, facile desistunt à sententia. Hæc igitur
 officia, de quibus his libris disserimus, quasi se-
 cunda quædam honesta dicunt esse, non sapi-
 entum modo propria, sed cum omni hominū ge-
 nere cōmunia: Itaq; hī omnes, in quibus est uir-
 tutis indoles, commouentur. Nec uero, cum duo
 Decij, aut duo Scipiones fortes uiri commemo-
 rantur, aut cum Fabricius, aut Aristides iustus no-
 minatur, aut ab illis fortitudinis, aut ab his iusti-
 tiæ tanquam à sapiente petitur exemplum: Ne-
 mo enim horum sic sapiens est, ut sapientem in-
 telligi hic uolumus: Nec hi qui sapientes habiti
 sunt & nominati, M. Cato, & C. Lælius, sapien-
 tes fuerunt: nec illi quidem septem: sed ex medio
 rum officiorū frequentia similitudinem quandā
 gerebant speciemq; sapientū. Quocirca nec id
 quod uere honestum est, fas est, cum utilis repu-
 gnantia cōparari: nec id quod cōmuniter appel-
 lamus honestū, quodq; colitur ab his, qui bonos
 uiros haberi se uolunt, cum emolumentis unquā
 est parari.

Docti, par-
 ticipium.

64

Vide num
 sit legen-
 dū, cū uti
 li ut repu-
 gnās cons
 est parari.

est comparandū. Tāmquā id honestū quod in no-
 stram intelligentiam cadit, tuendū, conseruan-
 dumquē est nobis, quā id quod proprie dicitur,
 65 uerequē est honestum sapientibus. Aliter enim te-
 neri non potest, si qua ad uirtutem est facta, pro-
 gressio. Sed hæc quidem de his, qui conseruatio-
 ne officiorū existimantur boni. Qui autē omnia
Epicurei. metiuntur emolumentis & cōmodis, nequē ea uo-
 lunt præponderari honestate, hi solent in delibe-
 rando honestum cū eo quod utile putant, compa-
 rare: boni uiri non solent. Itaque existimo Panætii
 um, cū dixerit homines solere in hac compara-
 tione dubitare, hoc ipsum sensisse quod dixerit,
 Modo pro solere modo, non etiam oportere. Etenim non
 duntaxat. modo pluris putare quod utile uideatur, quā
 Exponit quod honestum, sed hæc etiam inter se compara-
 quē habere, & in his dubitare, turpissimū est. Quid est er-
 at intelle- go quod nonnunquam addubitationem afferre
 etū, cū ho- soleat, cōsiderandumquē uideatur? Credo si quan-
 nestas dici do dubitatio accidit, quale sit id de quo conside-
 tur cū uti- retur. Sæpe enim tempore fit, ut quod plerumquē
 litate pu- turpe haberi soleat, inueniatur non esse turpe.
 gnare, Exempli causa ponatur aliquid quod pateat la-
 tius. Quod potest esse maius scelus, quā non
 modo hominem, sed etiam familiarē occidere?
 Num igitur se obstrinxit scelere, si quis tyranniū
 occidit,

occidit, quamuis familiarē? Populo quidē Rho.
non uidetur, qui ex omnibus præclaris factis il-
lud pulcherrimū existimat. Vicit igitur utilitas
honestatē, imò uero honestas utilitatē secuta est.

Formula præscripta, ne quando nos falsa uti-
litatis species ab honestate abducat: ut iustitiam
uel solum, uel maximum bonū statuamus, in
iustitiam malorum maximum: nihilq;
ad priuatū cōmodum, sed ad cō-
munem societatem refe-
rantur omnia.



Taq; ut sine ullo errore dijudicare
possimus, si quando cum illo quod
honestum intelligimus, pugnare id
uidebitur quod appellamus utile,
formula quædam constituenda est, quam si seque-
mur in comparatione rerū, ab officio nunquam
recedemus. Erit aut hęc formula Stoicorum ra-
tioni, disciplinæq; maxime cōsentanea: quā qui-
dē in his libris propterea sequimur, qd' quāquam
à ueteribus Academicis, & Peripateticis nostris, Olim ijdē
quī quondā ijdem erant qui Academici, qui quæ Academi-
honestasunt anteponunt his, quæ uidētur utilia, ci & Peri-
tamen splendidius hęc ab eis differuntur, quibus patetici,
quic

quicquid honestum est, idē utile uidetur, nec uti-
le quicquā, quod non honestū, quā ab his, qui
bus est honestum aliquid non utile, aut utile non
honestum. Nobis autē nostra Academia magnā
licentiā dat, ut quodcūq; maxime probabile oc-
currat, id nostro iure liceat defendere. Sed redeo

Quoduis ad formulam. Detrahere igitur aliquid alteri, &
in commo hominem hominis incōmodo suum augere com-
dū potius modum, magis est contra naturam, quā mors,
accipien- quā paupertas, quā dolor, quā cætera quæ
dū quā possunt aut corpori accidere, aut rebus externis.
iniuste qd Nam principio tollit conuictum humanū, & so-
cōmitten- cietatē. Si enim sic erimus affecti, ut propter su-
dum. um quisq; emolumentum spoliet, aut uiolet alte-
rū, disrumpi necesse est eam, quæ maxime est se-

Mira simi cundum naturā humani generis, societatem. Ut
litudo, qua si unumquodq; membrū sensum hunc haberet,
& diuus ut posse putaret se ualere, si proximi membri ua-
Paulus uti letudinem ad se traduxisset, debilitari, & inte-
tur de soci rire totum corpus necesse esset: Sic, si unusquisq;
etate mem nostrum rapiat ad se cōmoda aliorū, detrahatq;
brorum in quod cuiq; possit, emolumentum sui gratia, societas
ter se. hominum, cōmunitasq; euertatur necesse est. Nā
sibi ut quisq; malit, quod ad usum uitæ pertine-
at, quā alteri acquirere concessum est, non rea-
pugnante natura. Illud quidem natura non patia-
tur,

tur, ut aliorum spolijs nostras facultates, copias,
 opes augeamus. Neq; uero hoc solum natura ius Ratio nas
 re gentium, sed etiam legibus populorū, quibus turæ, ius
 in singulis ciuitatibus Resp. continentur, eodem 66 genti
 modo constitutū est, ut non liceret sui commodi um: ius ci=
 causa nocere alteri. Hoc enim spectant leges, hoc uile, quod
 uolunt incolumem esse ciuiū cōiunctionem. Quā hic leges
 qui dirimunt, eos morte, exilijs, uinculis, damno populorū
 coërcent. Atq; hoc multo magis exigit ipsa natu uocat.
 ræ ratio, quæ est lex diuina & humana, cui pare
 re qui uelit (omnes autem parebunt, qui secundū
 naturā uolent uiuere) nunquam cōmittet, ut alie
 num appetat, & id quod alteri detraxerit, sibi
 assumat. Etenim multo magis est secundū natu=
 ram celsitas animi & magnitudo, itemq; cōmu=
 nitas, iustitia, liberalitas, quā uoluptas, quā
 uita, quā diuitiæ. Quæ quidem cōtemnere, &
 pro nihilo ducere comparantem cū utilitate cō=
 muni, magni animi & excelsi est. Detrahere aut
 alteri sui cōmodi causa, magis est contra naturā
 quā mors, quā dolor, quā cætera generis
 eiusdem. Itemq; magis est secundū naturam pro Virtus ma
 omnibus gentibus (si fieri possit) conseruandis, xime secū=
 aut iuuandis, maximos labores molestiasq; susci=
 pere, imitantē Herculē illum (quē hominū fama ram.
 beneficiorū memor in concilio cœlestiū collocas
 l uit)

uit)quàm uiuere in solitudine, non modo sine
 illis molestijs, sed etiam in maximis uolupta-
 tibus abundantē omnibus copijs, ut excellas
 etiā pulchritudine & uiribus. Quocirca opti-
 mo quisq; splendidissimoq; ingenio longe il-
 lam uitā huic antepōnit. Ex quo efficitur, ho-
 67 minem naturæ obedientem, homini nocere
 Cōplexio qua non posse. Deinde qui alterum uiolat, ut ipse
 uiscunq;. aliquid cōmodi consequatur, aut nihil se exi-
 stimat contra naturam facere, aut magis fugi-
 endam censet mortem, paupertatem, dolorē,
 amissionem etiā liberorū, propinquorū, ami-
 corum, quàm facere cupiam iniuriam. Sin ni-
 hil existimat contra naturam fieri in homini-
 bus uiolandis, quid cū eo differas, qui omni-
 no hominem ex homine tollat? Sin fugiendū
 id quidem censet, & multo illa peiora, mor-
 tem, paupertatem, dolorē, errat in eo quod
 Societatis ius ullū aut corporis aut fortunæ uitū, animæ uī
 nō mō cū pro tijs grauius existimat. Ergo unū debet esse o-
 pinq;, sed etiā mnibus propositū, ut eadē sit utilitas unius-
 cū uniuersis ci cuiusq; & uniuersorū, quam si ad se quisq; ra-
 uibus, postre- piat, dissoluetur omnis humana consociatio.
 mo & cū 68 Atq; si etiam hoc natura præscribit, ut homo
 hospitibus ser homini, quicūq; sit, ob eā ipsam causam qd
 uandum. is homo sit, consultū uelit, neesse est secundū
 can-

eandē naturam omniū utilitatem esse cōmunem.
 Quod si ita est, una continemur omnes, & eadē
 lege naturæ. Idq; ipsum si ita est, certe uiolare
 alterū lege naturæ prohibemur. Verū autem pri-
 mum, uerū igitur & extremū. Nam illud quidem
 absurdum est, quod quidā dicunt, parenti se aut
 fratri nihil detracturos cōmodi sui causa, sed ali-
 am rationem esse ciuiū re liquorum: Hi sibi nihil
 iuris & nullam societatem communis utilitatis
 causa statuunt esse cum ciuibus: quæ sententia om-
 nem societatem distrahit ciuitatis. Qui au-
 tem ciuium rationem dicunt esse habendā, ex-
 ternorum negant, hi dirimunt communem hu-
 mani generis societatem: qua sublata, beneficen-
 tia, liberalitas, bonitas, iustitia funditus tolli-
 tur. Quæ qui tollunt, etiam aduersus deos im-
 mortales impij iudicandi sunt. Ab his enim cōsti-
 tutam inter homines societatem euertunt: Cuius
 societatis arctissimū uinculum est, magis arbitra-
 ri esse contra naturam, hominem homini detra-
 here sui commodi causa, quàm omnia incōmo-
 da subire uel externa uel corporis, uel etiam
 ipsius animi, quæ uacent iustitia. Hæc enim uir-
 tus omnium est domina & regina uirtutum.
 Forsitan quispiam dixerit, nōne igitur sapi-
 ens, si fame ipse conficiatur, abstulerit cibum
 l ij alteri

Hōi ad ni alteri hominī ad nullam rem utili? Minime ue-
 bilutili de ro. Nō enim mihi est uita mea utilior, quā anī
 trahere lī mi talis affectio, neminem ut uiolem cōmodi mei
 cet, si eō gratia. Quid si Phalarim crudelem tyrannum
 spectes, ut & immanem uir bonus, ne ipse frigore conficia
 societati tur, uestitu spoliare possit? nōne faciat? Hęc
 profis, nō ad iudicandū sunt facillima. Nam si quid ab ho-
 pprie tibi mine ad nullam partem utili, tuę utilitatis cau-
 sa detraxeris, inhumane feceris, contraq; natu-
 ræ legem. Sin autem is tu sis, qui multam utilita-
 tem reipub. atque hominū societati, si in uita re
 maneas, afferre possis, si quid ob eam causam al-
 teri detraxeris, nō sit reprehendendum. Sin autē
 id non sit eiusmodi, suum cuiq; incōmodū feren-
 dum est potius quā de alterius cōmodis subtra-
 hendum. Non igitur magis est contra naturam
 morbus aut egestas, aut quid huiusmodi, quā
 detractio atque appetitio alieni. Sed communis
 utilitatis derelictio contra naturam est. Est enim
 iniusta. Itaq; lex ipsa naturæ, quæ utilitatem ho-
 minum conseruat & continet, decernit profe-
 cto, ut ab homine inertī atq; inutili, ad sapientē,
 bonum, fortemq; uirum transferantur res ad ui-
 uendum necessariae: quī si occiderit, multum de
 cōmuni utilitate detraxerit. Modo hoc ita faciat
 ut ne ipse de se bene existimans, seseq; diligens,
 hanc

hanc causam habeat ad iniuriam. Itaq; semper Causam. i.
 officio fungatur, utilitati cōsulens hominum, & prætectū,
 ei (quā ipse commemoro) humanæ societati. Nā & cōmē=
 quod ad Phalarim attinet, perfacile iudiciū est. ticiū defē
 Nulla est enim societas nobis cum tyrannis, sed sionem.
 potius summa distractio est: neq; est contra natu
 ram spoliare eum si possis, quem honestum est ne
 care: Atq; hoc omne genus pestiferum atq; impi
 um, ex hominum communitate exterminandum
 est. Etenim ut membra quædam amputatur, si & Efficax ar
 ipsa sanguine, & tanquam spiritu carere coepe gumētū à
 runt, & nocēt reliquis partibus corporis: sic ista maiore.
 in figura hominis feritas & immanitas beluæ, à
 cōmuni tanquā humanitate corporis segregan
 da est. Huius generis sunt quæstiones hæ, in qui
 bus extempore officium exquiritur. Eiusmodi
 igitur credo res Panætium persecuturum fuisse,
 nisi alius casus aut occupatio, consiliū eius pe 70
 remisset. Ad quas ipsas cōsultationes ex superio
 ribus libris satis multa præcepta sunt, quibus
 perspicere possit, quid sit propter turpitudinem fu
 giendum, quid sit id quod idcirco fugiendum non
 sit, quia omnino turpe nō est. Sed quoniam ope
 ri inchoato, propè tamen absoluto, tanquam fā
 stigium imponimus, ut geometræ solent, nō om
 Fastigiū. i.
 nia docere, sed postulare ut quædam sibi conce
 summam
 l iij dantur, ma

manu, ab dantur, quo facilius quæ uelint explicet. Sic ego
 edificijs à te postulo mi Cicero, ut mihi cõcedas (si potes)
 translatu, nihil præter id quod honestum sit, esse propter
 quibus pfe se expetendum. Sin hoc non licet propter Cra-
 ctis, conus tippum, at illud certe dabis, quod honestum sit,
 aliquis im id esse maxime propter se expetendum. Mihi us-
 ponitur in trumuis satis est, & tum hoc, tum illud probabi-
 summo. lius uidetur, nec præterea quicquam probabile.
 Principia At primum Panætius in hoc libro defendendus
 prima pfe est, quod nõ utilia cum honestis pugnare dixerit
 nota. aliquando posse (neque enim ei fas erat) sed ea
 quæ uidentur utilia: Nihil uero utile, quod non
 idem honestum, nec honestum, quod nõ idem uti-
 le sit, sæpe testatur: negatq; ullam pestem maio-
 rem in uitam hominũ inuasisse, quam eorum opi-
 nionẽ, qui ista distraxerint. Itaq; nõ ut aliquãdo
 anteponeamus utilia honestis, sed ut ea sine er-
 rore diiudicemus, si quando incidissent, indu-
 xit eã quæ uideretur esse, non quæ esset, re-
 Marte nostro p pugnantiã. Hanc igitur partem relicta m
 uerbiã, à mili explebimus, nullius adminiculis, sed (ut di-
 tia translatum, citur) Marte nostro. Neque enim quicquã
 ubi suo Marte de hac parte post Panætium explica-
 rem gerere dice tum est, quod mihi probaretur de
 batur, qui nullis his, quæ in manus nostras ue-
 auxiliaribus co nerunt.
 pijs adiuti cõmitterent.

Ne qua

Ne qua nos commoditas quantauis cum summa
 etiam impunitate coniuncta permoueat,
 ut uel tant illum ab honesto rece
 damus, sine quo nihil non
 perniciosum.



Vm igitur aliqua species utilitatis
 obiecta est, nos commoueri necesse
 est. Sed si cum animum attenderis,
 turpitudinem uideas adiunctam ei
 rei, quæ speciem utilitatis attulerit, tunc utilitas
 non requirenda est, sed intelligendum ubi turpi-
 tudo sit, ibi utilitatem esse non posse. Quod si ni-
 hil est tam contra naturam quam turpitude (re-
 eta enim & conuenientia & constantia natura
 desiderat, aspernaturq; contraria) nihilq; tā se-
 cundum naturam, quam utilitas: certe in eadem
 re utili, turpitude esse non potest. Itemq; si ad ho-
 nestatem nati sumus, eaq; aut sola expetenda est
 (ut Xenoni est uisum) aut certe omni pōdere gra-
 uior est habēda, quam reliqua omnia (quod Ari-
 stoteli placet) necesse est qd' honestum sit, id esse
 aut solum, aut summum bonum: quod autem bo-
 num, id certe utile. Ita quicquid honestum, id uti-
 le. Quare error hominum non proborum, cum
 aliquid quod utile uisum est arripuit, id con-

Turpis utilitas omnium scelerum parens.

tinuo secernit ab honesto. Hinc sicæ, hinc uenena, hinc falsa testamenta nascuntur, hinc furta, hinc peculatus, expilationes direptionesq; sociorum & ciuium: hinc opum nimirum potentia non ferenda: Postremo etiam in liberis ciuitatibus existunt regnandi cupiditates, quibus nihil nec tetrius, nec foedius excogitari potest. Emolumenta enim rerum fallacibus iudicys uident, poenam, non dico legum, quas saepe percurrunt, sed ipsius turpitudinis, quæ acerbissima est, non uident. Quam impunitate pro obrem hoc quidem deliberantium genus pellatur è medio: Est enim totum sceleratum & impium, qui deliberant, utrum id assequatur quod honestum esse uideant, an se scientes scelere contaminent. In ipsa enim dubitatione facinus inest, etiam si ad id non peruenierit. Ergo ea deliberanda omnino non sunt, in quibus est turpis ipsa deliberatio. Atque etiam in omni deliberatione, celandi & occultandi spes opinioque remouenda est. Satis enim nobis (si modo in

Turpitudinis summa impunitate posita.

ptio, & semper philosophia aliquid profecimus) persuasum esse debet, si omnes deos, hominesque celare possimus, nihil tamen auare, nihil iniuste, nihil libidinosè, nihil incontinentè esse faciendum. Hinc ille Gyges inducitur à Platone, qui

Aurea præceptio, & semper in pectore gestanda.

Fabula Gygis Platonici, quæ habeat sensum.

qui

qui cū terra disceſſiſſet magnis quibusdam imbri-
 bus, in illū hiatum deſcendit, æneumq; equū (ut
 ferunt fabulæ) animaduertit, cuius in lateribus ſo-
 res eſſent, quibus apertis, hominis mortui uidit
 corpus magnitudine inuſitata, anulumq; aureū
 in digito: Quē ut detraxit, ipſe induit (erat autē
 regius paſtor) tum in conciliū paſtorū ſe rece-
 pit: Ibi cū palam eius anuli ad palmam conuer-
 terat, à nullo uidebatur, ipſe autem omnia uide-
 bat: Idem ruruſus uidebatur, cū in locum anulum
 inuicerat. Itaq; hac opportunitate anuli uſus re-
 ginæ ſuprū intulit, eaq; adiutricē regem domi-
 num interemit, ſuſtulitq; quos obſtare arbitraba-
 tur: Nec in his quiſquam eū facinoribus potuit ui-
 dere. Sic repente anuli beneficio rex ortus eſt Ly-
 diæ. Hunc igitur ipſum anulū ſi habeat ſapiens,
 nihil plus ſibi licere putet peccare, quā ſi non
 haberet. Honeſta enim bonis uiris, non occulta
 queruntur. Atq; hoc loco philoſophi quidam, mi-
 nime mali illi quidem, ſed non ſatis acuti, fictā
 & cōmentitiā fabulam dicunt prolatam à Pla-
 tone, quaſi uero ille aut factum id eſſe, aut fieri
 potuiſſe defendat. Hæc eſt uis huius anuli, & hu-
 ius exempli, ſi nemo ſciturus, nemo ne ſuſpica-
 turus ſit, cū aliquid diuitiarū, potentiæ, domina-
 tionis, libidinis cauſa feceris, ſi id dijs, homini-

Pala, maſ-
 ſa qua an-
 nuli gem-
 ma claudī-
 tur.

72

Cui rei ſa-
 bulæ ſin-
 gātur, nē-
 pe ut exē-
 pla propo-
 nantur.

l y busq;

busq; futurum sit semper ignotum, sis ne facturus? Negant id fieri posse: q̄q̄ potest id quidem. Sed quæro quod negāt posse, id si posset, quidnā facerent? Vrgent rustice sanè: negant enim posse, & in eo perstant: Hoc uerbum quid ualeat non uident. Cum enim quærimus, si possint celare, quod facturi sint, non quærimus, possint ne celare: sed tanq̄ tormenta quædā adhibemus, ut si responderint se impunitate proposita facturos qd̄ expediat, facinorosos se esse fateantur: si negent, omnia turpia per se ipsa fugienda esse concedant. Sed iam ad propositum reuertamur. Incidunt sæpe multæ causæ, quæ conturbāt animos utilitatis specie, non cum hoc deliberetur, relinquendāne sit honestas propter utilitatis magnitudinem (nam id quidem improbum est) sed illud,

In Collatino possit ne id quod utile uideatur, fieri non turpissimū propter inuidiā non ter. Cum Collatino Tarquinio collega Brutus imperium abrogabat, poterat uideri facere id quæ publicæ utilitatis iniuste: Fuerat enim in regibus expellendis socius Brutū, consiliorum etiā adiutor. Cum autem cōsultū cōsiliū hoc principes cæpiissent, cognationem ē, ne honestas quidē regni esse tollendam, quod erat utile patriæ absuit. consulere, id erat ita honestum, ut etiam ipsi Collatino placere deberet. Itaq; utilitas ualuit propter honestatem.

pter honestatem, sine qua nec utilitas quidem esse potuisset. At in eo rege qui urbem condidit non Rhomulita. Species enim utilitatis animum pepulit eius. lus ut so- Cui cum uisum esset utilius solum se, quam cum lus iparet, altero regnare, fratrem interemit. Omisit hic & Rhenum pietatem & humanitatem, ut id quod utile uidebatur, neque erat, asequi posset: & tamen muri dit, hanc causam opposuit speciem honestatis, nec probabilem, nec satis idoneam. Peccauit igitur, pace sam pre- uel Quirini, uel Rhomuli dixerim. texes, quod moenia contra legem traussisset.

Proprijs commodis quatenus cuique
inseruire permissum.



Ec tamē nostræ nobis utilitates omittendæ sunt, alijsque tradendæ, cum his ipsi egeamus: sed suæ cuique utilitati, quod sine alterius iniuria fiat, seruiendum est. Scite Chrysippus, ut multa, qui stadium (inquit) cucurrerit, eniti & contendere debet, quam maxime possit, ut uincat: supplantare eum qui cum certet, aut manu depellere nullo modo debet. Sic in uita sibi quenque petere quod pertineat ad usum, non iniquum est: alteri subripere, ius non est.

Formula

Formula in amicitijs, ut semper honestati cedat benevolentia amici: fides præstetur, etiã maximis incommodis propositis. Communibus in rebus tãtum charitati amicorum tribuatur, quantum religio & honesti ratio patitur: Cæterum ne qua res turpis, aut peccatur ab amico, aut præstetur petenti.



Axime autem perturbantur officia in amicitijs, quibus & non tribuere quod recte possis, & tribuere quod non sit æquum, contra officium est.

Commodan Sed huius generis totius breue & nõ difficile præ
dũ amicis, ceptum est. Quæ enim uidentur utilia, honores,
sed citra diuitiæ, uoluptates, & cætera generis eiusdem,
aras. hæc amicitia nunquã anteponenda sunt. At neque
contra rempub. neq; contra iusiurandum ac
fidẽ, amici sui causa uir bonus faciet, ne si iudex
quidem erit de ipso amico. Põnit enim personã
amici, cum induit iudicis. Tantum dabit amici
Peroran- tia, ut uerã amici causam esse malit, ut peroran-
dæ, finien dæ litis tempus, quoad per leges liceat, accõmo
dæ. det. Cum uero iurato dicenda sententia sit, me-
minerit deum se abhibere testem, id est (ut arbi-
tror) mentem suam, qua nihil homini dedit ipse
deus

deus diuinius. Itaq; præclarum à maioribus Iudex qd' sal-
 accepimus morem rogandi iudicis (si eum te- ua fide præ-
 neremus) quæ salua fide facere possit: Hæc ro stare nõ pos-
 gatio ad ea pertinet, quæ paulo ante dixi, ho sit, ne rogan-
 nesta amico à iudice posse concedi. Nam si o- dus quidẽ est.
 mnia facienda sint, quæ amici uelint, nõ ami-
 citiæ tales, sed coniurationes putandæ sunt.
 Loquor autem de cõmunibus amicitijs. Nam
 in sapiētibus uiris atq; perfectis, nihil potest
 esse tale. Damonem & Pythiam Pythagore-
 os ferūt hoc animo inter se fuisse, ut cum eos
 rum alteri Dionysius tyrānus diem necis de- 74
 stinauisset, & is qui morti addictus esset, pau- Damo & Py-
 cos sibi dies cõmendandorum suorum causa thias nobile
 postulauisset, uas factus est alter eius sistendi, par amicorū.
 ut si ille nõ reuertisset, moriendū eēt sibi ipsi. Aliter, reuer-
 Qui cum ad diem se recepisset, admiratus eo tisset ad diem
 rum fidem tyrannus, petiuit ut se in amicitia
 tertium ascriberent. Cum igitur id quod uti
 le uidetur in amicitia, cum eo quod honestū
 est comparatur, iaceat utilitatis species, ua- Iaceat, pro-
 leat honestas. Cum autem in amicitia quæ ho negligatur.
 nesta non sunt postulabuntur, religio & fi-
 des anteponantur amicitia: Et sic ha-
 bebatur is quem exquirimus,
 delectus officij.

In publicis consulationibus semper honestum falsa utilitate potius habendū, neq; cōsiliū ullū uideri utile oportere, quod cum honesto pugnet. Atq; huius rei utranq; in partem exempla.

In Corintho de
lenda, falsa utili
tatis species fe
fellit Rhoma
nos: nihil enim
utiliter fit, qd
crudeliter.
Aegina insula
è regiōe Atti
cæ.
Pireus por
tus Athenarū.
Aliter, Petroni
us.



Ed utilitatis specie in rep. se
piissime peccatur: Vt in Corin
thi disturbance nostri: Duri
us etiam Athenienses, qui scia
uerūt, ut Aeginitis (qui classe ualebant) pol
lices præciderentur, hoc uisum est utile (ni
mis enim imminabat propter propinquitas
tem Aegina Piræo) sed nihil, quod crudele,
utile. Est enim hominū naturæ (quam sequi
debemus) maxime inimica crudelitas. Ma
le etiam qui peregrinos urbibus uti prohi
bent, eosq; exterminant, ut Penæus apud
patres nostros, Papius nuper. Nā esse pro
ciue, qui ciuis non sit, rectū est non licere,
quā tulerunt legem sapientissimi consules
Crassus & Scæuola: usu uero urbis prohibe
re peregrinos, sanè inhumanū est. Illa præ
clara, in quibus publicæ utilitatis species
præ honestate cōtemnitur. Plena exemplo
rū est nostra res, cū sæpe aliās, tum maxi

me bello Punico secundo, quæ cannensi elamitate accepta, maiores animos habuit, quam unquã rebus secundis. Nulla timoris significatio, nulla mentio pacis. Tanta uis est honesti, ut speciem utilitatis obscuret. Athenienses cū Persarum impetū nullo modo possent sustinere, statueretq; ut urbe relicta, coniugibus, & liberis Træzene depositis, naues cõscenderent, libertatemq; Græciæ classe defenderent, Cyrsilum quendam suadentem, ut in urbe manerent, Xerxẽq; reciperent, lapidibus obruerunt: Atq; ille sequi utilitatẽ uidebatur. Sed ea nulla erat, repugnante honestate. Themistocles post uictoriam eius belli quod cū Persis fuit, dixit in concione se habere consiliũ reip. sãlutare, sed id sciri opus nõ esse: postulauit, ut aliquem populus daret, qui cum cõmuni caret: Datus est Aristides, huic ille classem Lacedæmoniorũ, quæ subducta esset ad Gytheum clam incendi posse, quo facto frangi Lacedæmoniorũ opes necesse esset. Quod Aristides cū audiuiisset, in concionẽ magna expectatione uenit, dixitq; perutile esse cõsiliũ quod Themistocles afferret, sed minime honestũ. Itaq; Athenienses, quod honestum

Cannesi, à Car-
 nis uico Apua-
 liæ, ubi Paulus
 Aemilius fuit
 cū innumerabile
 ciuũ, & socio-
 rũ Rhomanorũ
 multitudinem cõ-
 sus.

Træzen in Pe-
 loponneso in si-
 nu Argolico,
 quæ olim Posti-
 donia dicta.
 Cyrsilũ, alij Ly-
 cidã fuisse scri-
 bunt.

Gytheum nobi-
 le nauale Lace-
 dæmoniorum.

stum non esset, id ne utile quidem putas
 uerunt, totamq; eam rem, quã ne audire
 In altero notatus rant quidem, autore Aristide, repudia-
 Pompeius, qui ex uerunt. Melius hi quã nos, qui Piratas
 Piratis à se uictis, imunes, socios uectigales habemus. Ma-
 aliquot milia per neat ergo quod turpe sit, id nunquam
 colonias diuisit, in esse utile, ne tum quidem, cū id quod uti
 altero Cæsar, qui le esse putes, adipiscare. Hoc enim ipsū
 Campanorū agros utile putare, quod turpe sit, calamitō-
 distribuit. sum est.

In contractibus cōmunibus, quæ formula hone-
 sti & utilis. Fingit autem speciem quandam iure
 consultorum more, deq; ea duos Stoicos diuersa
 sentientes, quorum alter ad Stoicam rationem
 omnia refert, alter ex hominū consuetudine &
 iure ciuili moderatur.



Ed incidunt (ut supra dixi) sæpe cau-
 sæ, cum repugnare utilitas honesta-
 ti uideatur, ut animaduertendū sit,
 repugnet ne plane, an possit cum ho-
 nestate coniungi. Eius generis hæ sunt quæstio-
 nes. Si (exempli gratia) uir bonus ab Alexandria
 profectus, Rhodum magnum frumenti numerū
 aduexerit in Rhodiorum inopia, & fame, sum-
 maq; annonæ caritate: si idem sciat complures
 mercas

mercatores ab Alexandria soluisse, nauesq; in Soluisse
 cursu frumento onustas petentes Rhodū uiderit, neutrali
 dicitur ne sit id Rhodijs, an silentio suū quam ter. i. nauē
 plurimo uenditurus? Sapientem & bonū uirum gasse.
 fingimus, de eius deliberatione & consulatione
 querimus, qui celaturus Rhodios nō sit, si id tur
 pe iudicet, sed dubitet an turpe non sit. In huius
 modi causis aliud Diogeni Babylonio uideri so Festiuus
 let, magno & graui stwico, aliud Antipatro disci dialogi
 pulo eius, homini acutissimo. Antipatro omnia smus inter
 patefacienda, ut ne quid omnino quod uenditor Diogenē
 norit, emptor ignoret. Diogeni uenditorem qua & Antipa
 tenus iure ciuili constitutū sit, dicere uitia oport trem.
 tere, cætera sine insidijs agere, & quoniam uen
 dat, uelle quam optime uendere: Adueni, expo
 sui, uendo meū non pluris quā cæteri, fortasse
 etiam minoris cū maior est copia: cui fit iniuria?
 Exoritur Antipatri ratio ex altera parte. Quid
 agis? tute cū hominibus consulere debeas, & ser
 uire humanæ societati, eaq; lege natus sis, ut ea
 habeas principia naturæ, quibus parere, & quæ
 semper sequi debeas, ut utilitas tua cōmunis utili
 tatis sit, uicissimq; ea communis utilitas tua sit,
 celabis homines quid his adsit commoditatis &
 copię? Respondebit Diogenes fortasse sic: Aliud
 est celare, aliud tacere. Neq; ego nunc te celo, si
 m tibi

tibi non dico quæ natura deorū sit, quis sit finis bonorum, quæ tibi plus prodesent cognita, quàm tritici utilitas: sed non quicquid tibi audire utile est, id mihi dicere necesse est. Immo uero (inquit ille) necesse est: si quidem inter homines naturam meministi coniunctam societatem. Memini inquit ille: Sed num ista societas talis est, ut nihil suū cuiusq; sit? Quod si ita est, ne uendendum quidem quicquā est, sed donandū. Vides in hac tota disceptatione non illud dici, quāuis hoc turpe sit, tamen quoniam expedit, faciam: sed ita expedire, ut turpe non sit: Ex altera autē parte ea re, quia turpe sit, non esse faciendū. Vendat ædes uir bonus propter aliqua uitia quæ ipse norit, cæteri ignorent: pestilentes sint, & habeantur salubres, ignoretur in omnibus cubiculis legūt pro apparere serpentes, male materiata, ruinosatebris. sæ, sed hoc præter dominū nemo sciat, quæro si hoc emptoribus uēditor nō dixerit, ædesq; uendiderit pluris multo, quàm se uēditurū publicæ exeat, num id iuste aut improbe fecerit? Ille ueritatē Atheo (inquit Antipater) improbe facit. Quid nien sū in eos enim est aliud erranti uiam non monstrare qui uia errati (quod Athenis execrationibus publicis sancitum est) si hoc non est emptorem pari ruere, sent.

& per errorem in maximã fraudem incurrere?
 Plus etiam est quã uiam non monstrare. Nam est
 scientem in errorem alterũ inducere. Diogenes
 cõtra. Num te emere coëgit, qui ne hortatus qui =
 dem est? Ille quod non placebat proscripsit, tu,
 quod placebat, emisti. Quod si qui proscribunt Tabula re
 uillam bonam, beneq; ædificatam, nõ existiman rum uena
 tur fefellisse, etiam si illa nec bona est, nec ædi= lium.
 ficata ratione: Multo minus igitur qui domũ nõ
 laudarunt. Vbi enim iudiciũ emptoris est, ibi
 fraus uenditoris quæ potest esse? Sin autem dictũ
 non omne præstandum est, quod dictum nõ est,
 id præstandũ putas? Quid uero est stultius, quã
 uenditorem eius rei quam uendat, uitia narrare?
 Quid autem tam absurdum, quã si domini ius =
 su ita præco prædicet, domum pestilentem uen= Præco, au
 do? Sic ergo in quibusdam causis dubijs ex alte= ctionariã
 ra parte defenditur honestas, ex altera ita de uti us,
 litate dicitur, ut id quod utile uideatur, nõ
 modo honestum, facere sit, sed etiam
 non facere, turpe. Hæc est
 illa, quæ uidetur utiliã
 um fieri cũ honeã
 stis sæpe disã
 sensio.

Superiori altercationi philosophorū suā in-
terponit sententiam, omnino uiro bono neq; si-
mulandū esse quicquam, neq; dissimulandum
sui commodi causa, etiam si mos les-
gesq; ciuiles quaedam re-
ticeri non ue-
tent.



Væ dijudicanda sunt. Non enim ut
quereremus exposuimus, sed ut ex-
plicaremus. Non igitur uidetur nec
frumētarius ille Rhodius, nec hic æ-
diū uēditor celare emptores debuisse: Neq; enim
id est celare, cū quid reticeas: sed cum quid tu sci-
as, id ignorare emolumentū tui causa uelis eos,
Aliud cela re, aliud reticere. quorum intersit id scire. Hoc autem celandi ge-
nus quale sit & cuius hominis, quis nō uidet? Cer-
te non aperti, non simplicis est, non ingenui, non
iusti, nō uiri boni: uersuti potius, obscuri, astuti,
fallacis, malitiosi, callidi, ueteratoris, uasri: Hæc
Turpe ce- tot & alia plura nōne inutile est uitiorū subire
lare 76 nomina? Quod si uituperandi sunt qui reticue-
qd' est, tur runt, quid de his existimandum est, qui orationis
pius mēti- uanitatē adhibuerūt? Caius Cannius eques Rho-
ri quod nō manus homo nec infacetus, & satis literatus, cum
est. se Syracusas otandi causa non negotiandi (ut
ipse

ipse dicere solebat) contulisset, dictabat se hortulos aliquos uelle emere, quo inuitare amicos, & ubi se oblectare sine interpellatoribus posset. Quod cū percrebuisset, Pythius ei quidam, qui 77 argentariam faceret Syracusis, dixit uenales qui Fabula p dem se hortos non habere, sed licere uti Cannio quā amce= (si uellet) ut suis: & simul ad cœnam inuitauit in na, quo a= posterum diem. Cū ille promississet, tum Pythius, stu grœcu= ut argentarius, qui esset apud omnes ordines gra lus Can= tiosus, piscatores ad se conuocauit: & ab his pe= nio impo= tiuit, ut ante suos hortulos postera die piscaren= suerit. tur, dixitq; quid eos facere uellet. Ad cœnā tem= pore uenit Cannius. Opipare paratū erat conui uiū. Cymbarum ante oculos multitudo. Pro se quisq; quod ceperat afferebat: ante pedes Pythij pisces abiciebantur. Tum Cannius quæso, in= quit, quid est ô Pythi, tantū ne pisciū, tantū ne cymbarū? Et ille. Quid mirum, inquit? Hoc lo= co est, Syracusis quicquid est pisciū. Hic aquatio: Grauate. Hac uilla isti carere non possunt. Incensus Canni uel graua us cupiditate, contendit a Pythio ut uenderet. tim, inui= Grauate ille primo. Quid multa? Impetrat. Emit tus & uix. homo cupidus & locuples tanti, quanti Pythius 78 Noīa uoluit: & emit instructos. Nomina facit: negotiū facit, debi conficit. Inuitat Cannius postera die familiares torē se cō= suos. Venit ipse mature. Scalmum nullum uidet. stituit.

m iij Quæ=

Querit ex proximo uicino, num feriae quaedam
 piscatorum essent, quod eos nullos uideret? Nul
 la (quod sciam) inquit ille, sed hic piscari nulli
 solent, itaq; heri mirabar quid accidisset. Stoma
 chari Cannius, sed quid faceret? nõdũ enim Aquĩ
 lius collega & familiaris meus pertulerat de do
 lo malo formulas. In quibus ipsis cum ex eo quæ
 Quod do reretur qd esset dolus malus, respondebat, cũ es
 lo malo ge set aliud simulatum, aliud actũ. Hoc quidem sa
 stũ est, id nè luculente, ut ab homine perito definiendi.
 in integrũ Ergo & Pythius, & omnes aliud agentes aliud
 restitui o simulantes, perfidi, improbi, malitiosi sunt. Nul
 portet. Do lum igitur factum eorum potest utile esse, cũ sit
 lus malus tot uicijs inquinatum. Quod si Aquiliana defini
 quid. tio uera est, ex omni uita simulatio dissimula
 Circũscri= tioq; tollenda est. Ita nec ut emat melius, nec ut
 bere, circũ uendat, quicquam simulabit aut dissimulabit uir
 uenire, cir bonus. Atq; iste dolus malus etiã legibus erat uin
 cũducere. dicatus, ut tutela xij. tabulis, & circũscriptio ado
 Aliter ple lescentiũ lege latoria & sine lege iudicys, in qui
 ctoria. bus ex fide bona agitur. Reliquorum autem iur
 Bonæ fi= ditorum hæc uerba maxime excellent, in arbi
 dei iudi= trio rei uxoriæ melius, æquius in fiducia, ut in
 cia. ter bonos bene agier. Quid ergo? aut in eo quod
 Melius melius æquius est potest ulla pars inesse frau
 æqui= dis? aut cũ dicitur inter bonos bene agier, quic
 us quam

quam agi dolose aut malitiose potest? Dolus us, inter bo-
autem malus simulatione & dissimulatione nos bene agi
(ut ait Aquilius) continetur. Tollendū est igitur, uerba sunt
tur in rebus cōtrahendis omne mendaciū. Nō solennia, qui-
licitatorem uenditor, nec qui cōtrā liceatur, bus in nego-
emtor opponet: Vterq; si ad eloquendū ue- tijs bonæ fi-
nerit, non plus q̄ semel eloquatur. Q. qui- dei utebātur.
dem Scæuola P. filius, cū postulasset, ut sibi Noua Scæuo
fundus, cuius emtor erat, semel indicaretur, 79 le in emē
idq; uenditor ita fecisset, dixit se pluris æsti- do integritas.
mare, addidit centū milia. Nemo est qui hoc Indicaretur.
uiri boni fuisse neget, sapientis negant: ut eti 80 i. æstima
am si minoris q̄ potuisset, emisset. Hæc igitur retur. Semel.
tur est illa pernicies, quod alios bonos, alios id ē, ut statim
sapientes existimant. Ex quo Ennius ne quic- summū pr
quā sapere sapientē, qui sibi ipse pdesse ne- um eloquere=
quirit. Vere id quidē, si quid esset prodesse mi tur.
hi cū Ennio cōueniret. Hecatonē quidē Rho- Ex Ennij Me
diū discipulū Panætij uideo in his libris, quos dea.
de officijs scripsit Q. Tuberoni, differentē,
sapientis esse nihil contra mores, leges, insti-
tuta facientem, habere rationem rei familia-
ris. Neq; enim solum nobis diuites esse uolu-
mus, sed liberis, ppinquis, amicis, maximeq;
reipub. Singulorū enim facultates & copiae,
diuitiæ sunt ciuitatis. Huic Scæuolæ factum

(de quo paulo ante dixi) placere nullo modo potest. Etenim omnino se negat facturū compendij sui causa, quod non liceat. Huic nec laus maxima tribuenda est, nec gratia. Sed siue & simulatio & dissimulatio dolus malus est: per paucae res sunt in quibus dolus iste malus non uersetur: siue uir bonus est is qui prodest quibus potest, nocet nemini, recte iustum uirū bonum non facile reperiemus. Nunquam igitur est utile peccare, quia semper est turpe: Et quia semper est honestū uirum bonū esse, semper est utile. Ac de iure quidē praediorū sancitū est apud nos iure ciuili, ut in his uendendis uitia etiam dicerentur, quae nota essent uenditori. Nam cū ex duodecim tabulis factus esset ea praestari, quae essent lingua nūcupata, & uogata ne quae qui inficiatus esset, duplicem poenam subiret, à iureconsultis etiam reticentiae poena est constituta: quicquid omnino in praedio uicij, id statuerunt, si uenditor sciret, nisi nominatim dictū esset, praestari oportere. Ut cū in arce augurium augures acturi essent, iussissentq; Titum Claudium Centimalū, qui aedes in Caelio monte habebat, de reticentia promoliri eas, quarum altitudo officeret auspicijs: dolo si Claudius proscripsit, in sulā uēdidit: Emit publico malo datus Calphurnius Lanarius. Huic ab auguribus illud idem denuntiātū est. Itaq; Calphurnius cum demo-

demolitus esset, cognouissetq; Claudium ædes pro-
 stea proscriptisse, quam esset ab auguribus de- Aliter
 moliri iussus, arbitrum illum adegit: Quicquid quas.
 sibi dare facere oporteret ex fide bona M. Cato Arbitrum
 sententiam dixit, huius nostri Catonis pater (ut adegit. i.
 enim ceteri ex patribus, sic hic qui illud lumen uocauit
 progeniuit, ex filio est nominandus) Is igitur ius ad arbitrium
 dex ita pronunciauit, cum in uenundando rem
 eam scisset, & non pronunciaisset, emptori da-
 mnum prestari oportere. Igitur ad fidem bonam
 statuit pertinere, notum esse emptori uitium, quod
 nosset uenditor. Quod si recte diiudicauit, non re-
 cte frumentarius ille, non recte ædiu pestilentium
 uenditor tacuit. Sed huiusmodi reticentiæ iure
 ciuili omnes comprehendi non possunt: quæ au-
 tem possunt, diligenter tenentur. M. Martius Gra-
 tidianus, propinquus noster, C. Sergio Oratæ
 uendidit ædes eas, quas ab eodem ipse paucis
 ante annis emerat. Hæ Sergio seruiiebant, sed hoc Seruiibat
 in mancipio Marius non dixerat. Adducta res in .i. debebat
 iudicium est. Oratam Crassus, Gratidianum de- seruitutē.
 fendeat Antonius. Ius Crassus urgebat, quod
 uitium uenditor non dixisset, sciens id oportere
 prestari: Acquitatem Antonius, quoniam id ui-
 tium ignotum Sergio non fuisset, qui illas ædes
 uendidisset, nihil fuisse necesse dici, nec eum esse
 m v deceptum

deceptum, qui id quod emerat, quo iure esset teneret. Quorsum hæc? Ut illud intelligas, non placuisse maioribus nostris astus. Sed aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias. Leges, quatenus manu tenere res possunt: Philosophi, quatenus ratione & intelligentia. Ratio igitur hoc postulat, ne quid insidiosè, ne quid simulate, ne quid fallaciter. Sunt igitur insidiæ, tendere plagas, etiam si excitaturus nō sis, nec agiturus. Ipsæ enim feræ nullo insequente sæpe incidunt. Sic tu cum ædes proscribas, tabulā tanq̄ plagā ponas, domū propter uitia uendas, in eum aliquis incurrat imprudens: hoc quanquam uideo propter deprauationem cōsuetudinis, neq; more turpe haberi, neq; aut lege sanciri, aut iure ciuili, tamen naturæ lege, sancitum est. Societas est enim (quod & si sæpe dictum est, dicendum tamen est sæpius) latissime quæ pateat, omnium inter omnes, interior eorum qui eiusdem gentis sunt, propior eorum qui eiusdem ciuitatis. Itaq; maiores aliud ius gentiū, aliud ius ciuile esse uoluerūt. Quod enim ciuile, non idem continuo gētium: quod autem gentium, idem ciuile esse debet. Sed nos ueri iuris germanæq; iustitiæ solidam & expressam effigiem nullam tenemus, umbra & imaginibus utimur, eas ipsas utinam se

nam sequeremur: Feruntur enim ex optimis na- Iuris for-
 turæ & ueritatis exemplis. Nam quanti uerba mule à di
 illa: uti ne propter te, fidemue tuam captus frau uina & na
 datúsue sim: quàm illa aurea: ut inter bonos be- turali rati
 ne agi oportet & sine fraudatione? Sed qui sint one ductæ
 boni, & quid sit bene agi, magna quæstio est.

Q. quidem Scaeuola pōtifex maximus summā *arbitrium pro*
 uim esse dicebat in omnibus ijs *iudicio uult*
 bus adderetur ex fide bona: fideiq; bonæ nomen *Sudgy Smdm*
 existimabat manare latissime: Idq; uersari in tu- *190*
 telis, societatibus, fiducijs, mandatis, rebus em-
 ptis, uenditis, conductis, locatis, quibus uitæ so-
 cietas continetur: In his magni esse iudicis statu-
 ere (præsertim cū in plerisq; essent iudicia cōtra-
 ria) quid quæq; cuiq; præstare oporteret. Quo-
 circa astutiæ tollendæ sunt, eaq; malitiæ, quæ
 uult quidem uideri se esse prudentiam, sed abest
 ab ea, distatq; plurimum. Prudentia est enim lo-
 cata in delectu bonorum & malorum: mali-
 tia (si omnia quæ turpia, mala sunt) mala bonis *In mācipi*
 anteponit. Nec uero in prædijs solum ius ci- *is. i. seruis*
 uile ductum à natura malitiæ fraudemq; uin- *aut acillis*
 dicat: sed in mancipiorum uenditione uendi- *queri so-*
 torum fraus omnis excluditur. Qui enim sci- *let an sana*
 re debuit de sanitate, de fuga, de furtis, præ- *an fugiti-*
 stat edicto ædilium. Hæredum alia est causa. *ua, an fu-*
 Ex quo racia.

Ex quo intelligitur, quoniam iuris natura fons sit, hoc secundū naturā esse, neminem id agere, ut ex alterius prædetur inscitia. Nec ulla pernicious uita maior inueniri potest, quam in malitia simulatio intelligentiæ: ex quo illa innumerabilia nascuntur, ut utilia cū honestis pugnare uideantur. Quotus enim quisq; reperietur, qui impunitate & ignoratione omnium proposita, abstinere possit iniuria? Periclitemur (si placet) in his quidem exemplis, in quibus peccare uulgus hominū fortasse nō putat. Neq; enim de sicarijs, ueneficis, testamentarijs, furibus, peculatoribus, hoc loco differendum est: qui non uerbis sunt & disputatione philosophorū, sed uinculis & carcere fatigandi. Sed hæc consideremus, quæ faciunt hi qui habentur boni. L. Mutij Basilij locupletis hominis falsum testamentū quidam e Græcia Romam attulerunt: quod quo facilius obtinerent, scripserunt hæredes secum M. Crasum, Hortensium, homines eiusdem ciuitatis potentissimos: qui cum illud falsum esse suspicarentur, sibi autem nullius essent conscij culpæ, alieni facinoris munusculū non repudiauērūt. Quid ergo? satin hoc est, ut non deliquisse uideantur? Mihi quidem nō uidetur: quanquā alterū amantiuuum, alterū non odi mortuum. Sed cū Basilus

Marcum

Marcū Satyrium sororis filium nomē suum ferre uoluisset, eumq; fecisset hæredem, hunc dico patronum agri Piceni & Sabini (ô turpē notam temporū illorum) non erat æquum principes ciuis rem habere, ad Satyrium nihil præter nomē peruenire. Etenim si is, qui non defendit iniuriā, neq; propulsat à suis (cum potest) iniuste facit, ut in primo libro disserui: qualis habēdus est is, qui non modo non repellit, sed etiam adiuuat iniuriā? Mihi quidem etiam ueræ hæreditates non honestæ uidentur, si sint malitiosis blāditijs hæredipe tæ turpes. officiorum, non ueritate, sed simulatione acquisitæ. Atqui in talibus rebus aliud utile interdum, aliud honestum uideri solet falso. Nam eadē utilitatis, quæ honestatis est regula. Qui hoc non præuiderit, ab hoc nulla fraus aberit, nullum facinus. Sic enim cogitans, est istud quidem honestum, uerum hoc expedit, res à natura copulatas audebit errore diuellere, qui fons est fraudum, maleficiorum, scelerum omnium. Itaq; si uir bonus habeat hanc uim, ut si digitis concrepuerit, quibus lo possit in locupletum testamento nomen eius irre qui nō liberet, digi dem habeat, id omnino neminem unquam suspitulo crepicaturum. At si dares hanc uim M. Crasso ut digitorum percussione hæres posset scriptus esse, qui qppia significabāt.

86

Supini, &

qui nō liberet,

digi

tulo crepi

87¹ tates

qppia sig

reue

nificabāt.

reuera non esset haeres, in foro, mihi crede, saltaret. Homo autem iustus, & is quem sentimus uirum bonum, nihil cuiquam, quod in se transferat, detrahet. Hoc qui admiratur, is se quis sit uir bonus, nescire fatetur. At uero si quis uoluerit

Notionē animi sui complicatam notionem euoluere, iam formā & se ipse docebit eum uirum bonum esse, qui pro-
speciem sit quibus possit, noceat nemini, nisi lacesitus in-
dicit. iuria. Quid ergo? hic non nocet, qui quodam
88 quasi ueneno perficiat, ut ueros haeredes moueat,
at, in eorum locum ipse succedat? Non ergo faciat
(dixerit quis) quod utile sit, quodque expediat?
imò intelliget nihil nec expedire, nec utile esse,
quod sit iniustum. Hoc qui non didicerit,
De patre, bonus uir esse non poterit. Fimbriam consula-
pro à pa- rem audiebam de patre nostro puer iudicem M.
tre, inusi- Lucratio Pythiae fuisse equiti Rhomano sanè ho-
tatius. nesto, cum is sponsonem fecisset, ni bonus uir es-
set: Itaq; ei dixisse Fimbriam se illam rem nun-
quam iudicaturū, ne aut spoliaret fama proba-
tum hominem, si contra iudicasset, aut statuisse
uideretur uirum bonum aliquem esse, cum ea res
innumerabilibus officijs & laudibus continere-
Exaggera tur. Huic igitur uiro bono, quem Fimbria etiam
tio ē a So- non modo Socrates nouerat, nullo modo uideri
crate ad potest quicquam esse utile, quod non honestum
Fim- sit.

fit. Itaq; talis uir non modo facere, sed nec cogi- Fimbriã, a
tare quidem quicquam audebit, quod non au- Fimbria
deat prædicare. Hæc nõnne est turpe dubitare 89 ad
philosophos, quæ ne rustici quidem dubitent? rusticos.

A quibus natum est id quod iam tritum est uetu-
state prouerbiū: Cum enim fidem alicuius, bo- Lusus ge-
nitatemq; laudant, dignum esse dicunt, qui cum nus erat
in tenebris mices. Hoc quam habet uim nisi illã, micatio dī
nihil expedire quod non deceat, etiamsi id pos- gitis reper-
sis nullo resellente obtinere? Vidēs ne igitur te motis.

hoc prouerbio, neq; Gygi illi posse ueniam dari Cic. de di-
neq; huic, quem paulo ante fingebam digitorū uinatione.
percussione hæreditates omnium posse conuer- Quid ē enī
tere? Ut enim qd' turpe est, id quī occulteretur, ta- sors? Idē p
mē honestū fieri nullo modo potest, sic qd' ho- pemodum
nestū nõ est, id utile ut sit, effici nõ potest, aduer qd' micare.

sante etiã & repugnãte natura. At enim cū pma
gna præmia sunt, est causa peccãdi. C. Marius Notatus
cū à spe cõsulatus lõge abeset, & septimū an- Marius, q
nū post præturã iaceret, neq; petiturus unquã cõ cõsulatus
sulatū uideretur, Q. Metellū, cuius legatus erat grã ab offi-
summū uirū & ciuē, cum ab eo imperatore suo cio recessit
Rhomã missus esset, apud populū Rho. crimi- rit.

natus est bellū illud ducere: si se consulē fecissent
breui tēpore aut uiuū aut mortuū Iugurthã se in
potestatē populī Rho. redacturū. Itaq; factus est
ille

ille quidem consul, sed à fide iustitiâq; discessit,
 90 qui optimū & grauiſsimū ciuem, cuius legatus,
 Notatus & à quo miſſus eſet, in inuidiam falſo crimine
 Gratidiaz adduxerit. Nec noſter quidem Gratidianus offi-
 nus, q̄ col cio boni uiri functus eſt, tunc cum prætor eſet,
 legarū cō collegiumq; prætorū tribuni plebis adhibuiſſet,
 munē gra ut res nūmraria de communi ſententia conſtitue-
 tiam ad ſe retur (iactabatur enim temporibus illis nūmus,
 pprie trās ſic ut nemo poſſet ſcire quid haberet) cōſcripſe-
 tulit. runt cōmuniter edictum cū pœna atq; iudicio,
 conſtitueruntq; , ut omnes ſimul in roſtra poſt me-
 ridiem deſcēderent: Et cæteri quidem alius aliò:
 Vt cū ad= Marius à ſubſellijs in roſtra recta, idq; quod cōi-
 miratione ter compoſitum fuerat, ſolus edixit: Vt ea res (ſi
 ni mauis quæris) ei magno honori fuit: omnibus uicis ſta-
 & qd' alij tue factæ: ad eas thus & cerei. Quid multa? Ne-
 ſcribunt. mo unquam multitudini fuit charior. Hæc ſunt
 quæ conturbant homines in deliberatione non-
 91 nunquam, cum id in quo uiolatur æquitas, nō ita
 magnum, illud autem quod ex eo paritur perma-
 gnum uideatur, ut Mario præripere collegis &
 tribunis plebis popularem gratiam, non ita tur-
 pe cōſulem ob eam rem fieri, quod ſibi tunc pro-
 poſuerat, ualde utile uidebatur. Sed omnium una
 regula eſt, quam cupio tibi eſſe notiſſimam, aut
 illud qd' utile uidetur, turpe ne ſit, aut ſi turpe
 eſt, ne

est, ne uideatur esse utile. Quid igitur? possu-
 mus ne aut illum Mariū, uirum bonū iudica-
 re, aut hunc? Explica atq; excute intelligen- *Explica, nam*
 tiam tuam, ut uideas quæ sit in ea species, for *superius com*
 ma & notio uiri boni. Cadit ergo in uirū bo *plicatā dixit*
 rum mentiri emolumentum sui causa, crimina- *notionem.*
 ri, præripere, fallere? Nihil profecto minus.
 Est ergo ulla res tanti, aut commodum ullum
 tam expetendum, ut uiri boni & splendorem
 & nomen amittas? Quid est quod afferre tan-
 tum utilitas ista (quæ dicitur) possit, quantum
 auferre, si boni uiri nomen eripuerit, fidem
 iustitiæq; detraxerit? Quid enim inter est utrū
 ex homine se conuertat quis in beluam, an in
 hominis figura immanitatem gerat beluæ?
 Quid? qui omnia recta & honesta negligunt, Pompeius no-
 dummodo potentiā consequantur, nonne id tatus qui tur-
 faciunt, quod is qui etiā socerum habere uo- pi cōsilio Cæ
 luit eum, cuius ipse audaciā potens esset? Vti sarems affini
 le enim uidebatur plurimū posse alterius in- adiunxerit
 uidiā. Id quàm iniustum in patriā, quàm inuti ducta eius fia-
 le, quàm turpe esset, non uidebat. Ipse autem lia.
 socer in ore semper græcos uersus Euripidis
 de Phœnißis habebat, quos dicam ut potero
 incondite fortasse, sed tamen ut res possit in-
 telligi. Nam si uiolandum est ius, regnandi 95

Euripideū gratia Violandū est, alijs rebus pietatem colas. carmen à Capitalis Eteocles, uel potius Euripi des, qui id Cæsare us unum solū, quod omnium sceleratissimū fuerat, surpatū. exceperit. Quid igitur minuta colligimus? hære ditates, mercaturas, uenditiones fraudulētas? Ecce tibi q̄ rex populi Rhomani dominusq̄; omnium gentiū esse concupierit, idq̄; persecerit. Hanc cupiditatem si quis honestam esse dicit, amens est. Probat enim legum & libertatis interitū, earumq̄; oppresionem tetram & detestabilem, gloriosam putat. Qui autem fatetur honestum non esse in ea ciuitate, quæ libera fuit, quæq̄; esse debeat, regnare, sed ei qui id facere possit esse utile, qua hunc obiurgatione, aut quo potius conui-

Cæsar p̄cio à tanto errore coner auertere? Potest enim rēs patriæ (dij immortales) cuiquam esse utile foeditissimū & apellatus, teterrimū parricidiū patriæ, quamuis is, qui se eo sed ab op obstrinxerit, ab oppressis ciuibus parens nominetur? Honestate igitur dirigenda utilitas est, & Roma p̄ quidem sic, ut hæc duo uerba inter se discrepatrē patriæ re, sed tamē unum sonare uideantur. Nunc ab eo Ciceronē ad uulgi opinionem. Quæ maior utilitas, quàm libera dī regnandī esse possit? Nihil cōtrā inutilius ei qui id iniuste consecutus sit, inuenio, cū ad ueritatē cœpi reuocare rationem. Possunt enim cuiquam esse utiles angores, sollicitudines, diurni & nocturni

clurni metus, uita insidiarū periculorumq; ple-
 nissima? Multi iniqui atq; infideles regno, pau- 94
 ci boni sunt, inquit Accius: At cui regno? quod
 à tantalo & Pelope proditum iure obtinebatur.
 Nam quanto plures ei regi putas, qui cū exerci-
 tu populū Rho. populū ipsum Rhomanū oppres-
 sisset, ciuitatemq; non modo liberam, sed etiam
 gentibus imperantē, seruire sibi coëgisset? hunc
 tu quas cōscientiæ labes in animo censes habuis-
 se? quæ uulnera? Cuius autē uita ipsi potest uti-
 lis esse, cum eius uitæ ea conditio sit, ut qui illam
 eripuerit, in maxima gratia futurus sit, & glo- 95
 ria? Quod si hæc utilia non sunt, quæ maxime uī-
 dentur, quia plena sunt dedecoris ac turpitudi-
 nis, satis persuasum esse debet, nihil esse utile, qd̄
 non honestū sit. Quanquam id quidem cū sæpe
 aliās, tum Pyrrhi bello à C. Fabricio consule ite-
 rum, & à senatu nostro iudicatū est. Cū enim rex Histrie à
 Pyrrhus, Po. Ro. bellum ultro intulisset, cūq; de Pyrrhi me-
 imperio certamen esset cū rege generoso ac po- dico epi-
 tente, perfuga ab eo uenit in castra Fabricij, eiq; stolam Fa-
 est pollicitus, si præmium ei proposuisset, se ut brecio mis-
 clā uenisset, sic clam in Pyrrhi castra rediturū, sam nar-
 & eum ueneno necaturū. Hunc Fabricius redu- rant.
 cendum curauit ad Pyrrhum, idq; eius factum à
 senatu laudatū est. Atqui si speciem utilitatis opi-

nionemq; quærimus magnū illud bellum perfusa unus, & grauem aduersariū imperij sustulisset. Sed magnū dedecus & flagitiū, qui cū laudis certamen fuisset, eum nō uirtute, sed scelere superatum. Vtrū igitur utilius, uel Fabricio, qui talis in hac urbe, qualis Aristides Athenis fuit, uel senatui nostro, qui nunquā utilitatem à dignitate seiunxit, armis cū hoste certare, an uenemis? Si gloriæ causa imperium expetendū est, scelus absit, in quo non potest esse gloria. Sin ipsæ opes expetuntur, quoquo modo nō poterunt esse uti-

Turpis les cum infamia. Non igitur utilis illa L. Philippæ eoq; nec pi. Q. filij sententiā, quas ciuitates L. Sylla perutilis L. cunia accepta ex senatuscōsulto liberauisset, ut Philippi hæ rursus uectigales essent: neq; his pecuniam, sententiā. quā pro libertate dederant, redderemus. Ei senatus est assensus. Turpe impio: Piratarū enim melior fides, quā senatus. At aucta uectigalia. Vtile igitur. Quousq; audebunt dicere, quicquā utile quod non honestum? Potest autē ulli imperio, quod gloria debet fultū esse & beneuolentia sociorum, utile esse odium & infamia? Ego etiam Cato per cum Catone meo sepe dissenſi: Nīmis enim mihi stri- 97 uidebatur præfracte arariū, uectigaliaq; defendere: omnia publicanis negare, multa socijs. cum ctus. in hos benefici esse deberemus, cū illis sic agere, ut cum

ut cum colonis nostris soleremus. Eoq; magis qd' illa ordinũ coniuñctio ad salutem reip. pertinebat. Male etiã Curio cum causam transpadanorum æquam esse dicebat, semper autẽ addebat, vincat utilitas: Potius diceret non esse æquam, quia non esset utilis reip. quàm cũ utilem esse diceret, non esse æquam fateretur.

Turpis oratio Curij: Vincat utilitas.

Formulas aliquot & rogatiunculas colligit non inamœnas, in quibus uidetur aliud hortari utilitas, aliud honestas.

Plenus est sextus liber de officijs Hecatonis talium quæstionũ, sit ne boni uiri in maxima caritate annonæ familiam non alere. In utranque partem disputat, sed tamen ad extremũ utilitate putat officium dirigi, magis quàm humanitate. Quærit si in mari iactura facienda sit, equi ne preciosi potius iacturam faciat, quàm seruuli uilis. Hic aliò res familiaris, aliò ducit humanitas. Si tabulã de naufragio stultus arripuerit, extorquebit ne eã sapiens, si potuerit? Negat, quia sit iniuriũ. Quid dominus nauis, eripiet ne suũ? Minime. Nõ plus quàm si nauigantem in altũ eij cere de nauis uelit, quia sua non sit. Quoad enim

n iij pere

Sumpta, peruentum sit eò, quò sumpta nauis est, non do-
 conducta. mini est nauis, sed nauigantiũ. Quid si in una ta-
 bula sint duo naufragi æque sapiētes, sibi uterq;
 rapiat, an alter cedat alteri? Cedat uero, sed ei
 cuius magis intersit uel sua, uel reip. causa uiues-
 re. Quid si hæc paria in utroq;? Nullũ erit certa-
 men, sed quasi in sorte, aut in dimicando uictus
 Agere cus alteri cedat alter. Quid si pater fana expilet? cus
 niculos, ut niculos agat in ærariũ, indicet ne id magistrati-
 ante age- bus filius? Nefas id quidẽ est: quin etiam defendat
 re rimas. patrem si arguatur. Igitur non patria præstabit
 omnibus officijs? Imò uero: sed ipsi patriæ cõdu-
 cit pios habere ciues in parētes. Quid si tyranni-
 dẽ occupare, si patriã proderere conabitur pater,
 silebit ne filius? Imò uero obsecrabit patrẽ, ne id
 faciat, si nihil p̄ficiet, accusabit: minabitur etiã:
 Ad extremũ si ad perniciẽ patriæ res spectabit,
 patriæ salutem anteponet salutĩ patris. Querit
 etiã, si sapiens adulterinos nummos acceperit im-
 prudēs pro bonis, cũ id rescierit, soluturus ne sit
 eos, si cui debeat pro bonis? Diogenes ait: Anti-
 Fugiens, pater negat, cui potius assenti or. Qui uinũ fugiã
 quod dura ens uendat sciens, debeãt ne dicere? Non necesse
 turum nõ putat Diogenes, Antipater uiri boni existimat.
 sit. Hæc sunt quasi cõtrouersie in iure Stoicorũ. In
 Redibitio mancipio uendẽdo dicendã ne uitia? Nõ nisi ea,
 cum que

quæ nisi dixeris, redhibeatur mancipiū iure ciuī cū uendi-
 li. Sed hic mendacē esse, aleatorē, furacem, ebrio tor rē, em-
 sum, alteri dicenda uidentur, alteri non dicenda ptor preci-
 uidentur. Si quis aurū uendens aurichalcū se pu= um reci-
 tat uendere, indicet ei ne uir bonus aurū illud es= pit, uerbiū
 se, an emat denario, qd' sit millenariū? Perspicuū est iuriscō
 est iam, & quid mihi uideatur, & quæ sit inter sultitium.
 eos philosophos, quos nominauī, controuersia.
 Pacta & promissa semp̄r ne seruanda sint, quæ
 nec uī, nec dolo malo (ut prætores dicere solent) Aqua iter
 facta sint? Si quis medicamentū cuipiam dederit, cus, quæ
 ad aquam intercutē, pepigeritq; ne illo medica= hydrops,
 mento unquā postea uteretur, si eo medicamento aut hydro
 sanus factus fuerit, & annis aliquot post incide= pisis.
 rit in eundē morbum, nec ab eo qui cū pepigerat
 impetret, ut itē eo liceat uti, quid faciendū sit, cū
 sit is inhumanus, qui non cōcedat uti, nec ei quic
 quam fiat iniuriæ? Vitæ & salutī consulendum
 est. Quid si quis sapiens rogatus sit ab eo, qui hæ
 redem faciat, cum ei testamento sextertium mī-
 lies relinquatur, ut antequam hæreditatem ad-
 deat, luce palām in foro saltet, idq; se facturum
 promiserit, quod aliter eum hæredem scriptur-
 rus ille non eſet, faciat quod promiserat ille, nec
 ue? Promisisse nollem, & id arbitror fuisse graui-
 tatis: sed quoniā promiserit saltare in foro, turpe

- ducet, honestius mentietur si ex hereditate nihil ceperit quam si ceperit, nisi forte eam pecuniam in reip. magnū aliquot tempus contulerit, ut uel saltare eū, cū patriæ consulturus sit, turpe nō sit. At ne illa quidē promissa seruanda sunt, quæ nō sunt his ipsis utilia, quibus illa promiseris. Sol Phaetonte Phaetonti filio (ut redeamus ad fabulas) facturū filio. se esse dixit, quicquid optasset: Optauit, ut in currum patris tolleretur. Sublatus est atque insanus antequam constitit, ictu fulminis deflagrauit. Quanto melius fuerat in hoc, promissum patris non esse seruatiū. Quid quod Theseus exegit pro seo & Neptuno. missum à Neptuno? cui cū tres optiones Neptunus dedisset, optauit interitū Hippolyti filij sui, cū is patri suspectus esset de nouerca: Quo optato impetrato Theseus in maximis fuit luctibus.
- De Agamemnone & filia immolata. Quid? Agamemnon cū deuouisset Dianæ, quod in suo regno pulcherrimū natum esset, illo anno immolauit Iphigeniam, qua nihil erat eo quidē anno natū pulchrius. Promissum potius nō faciendum, quam tam tetrum facinus admittendum fuit. Ergo & promissa non facienda nonnunquā, neque semper deposita reddenda sunt. Si gladium quis apud te sanæ mentis deposuerit, repetat insaniens, reddere peccatū sit, nō reddere officium. Quid si is, qui apud te pecuniā deposuerit, bellū

bellum inferat patriæ, reddésne depositum? Nō credo. Facies enim contra temp. quæ debet esse charissima. Sic multa, quæ naturæ honesta uidentur esse, temporibus fiunt non honesta. Facere promissa, stare conuentis, reddere deposita, commutata utilitate, fiunt nō honesta. At de his quidem quæ uidentur esse utilitatis, contra iustitiam simulatione prudentiæ, satis arbitror dictum. Sed quoniam à quatuor fontibus honestatis, primo libro officia duximus, in eisdem uersabimur cum docebimus ea quæ uidentur esse utilia, neque sunt, quàm sint uirtutis inimica. Ac de prudentia quidem, quam uult imitari malitia, itemque de iustitia, quæ semper est utilis, disputatum est.

93

De fortitudine.



Eliquæ sunt duæ partes honestatis, quarum altera in animi excellentis magnitudine & præstantia cernitur, altera in conformatione & ma-

deratione continentiæ & temperantiæ. Vile uis Vlyses ne
 debatur Vlysi (ut quidam poëtæ Tragici pro= ad troiam
 diderunt: nam apud Homerum, optimū auto= iret, furo=
 rem, talis de Vlysse nulla suspicio est: sed insimu rē silauit,
 lant eum tragœdiæ) simulatione insanie mili= agrū pscif
 tiam subterfugere uoluisse. Non honestum consi= sū sale sea
 n v lium. rēs.

rens. Pala lium. At utile (ut aliquis fortasse dixerit) regna-
 medes 99 re, & Ithacæ uiuere otiose, cū parentibus, cum
 odoratus uxore, cum filio. An ullum tu decus in quotidiana
 illius astu nis periculis & laboribus cum tranquillitate hac
 tiam, filiū conferendum putas? Ego uero istam contemnen-
 eius, qua dam & abijciendam, quoniam quæ honesta non
 sulcus du sit, ne utilem quidem esse arbitror. Quid enim
 cendus e= auditurum putas fuisse Vlyßem, si in ipsa simu-
 rat, obie= latione perseuerasset, qui cum maximas res ges-
 cit. serit in bello, tamen hæc audiuit ab Aiace.

100 Cuius ipse princeps iurisiurandi fuit,
 Quod omnes scitis, solus neglexit fidem.
 Furere a simulauit, ne quò iret, institit.
 Quod ni Palamedis perspicax prudentia,
 Istius percepisset malitiosam audaciam,
 Fide sacrata ius perpetuo falleret.

Illi uero non modo cū hostibus, uerum etiam cū
 fluctibus, id quod fecit, dimicare melius fuit, quam
 deserere consentientem Græciam ad bellū Bar-
 baris inferendum. Sed dimittamus & fabulas &
 externa: ad rem factam, nostramque ueniamus. M.
 Attilius Regulus, cū consul iterum, in Aphrica
 ex insidijs captus esset, duce Xantippo Lacedæ-
 monio, imperatore autem patre Hannibalis Ha-
 milcare, iuratus missus est ad senatū, ut nisi esset
 redditū Pœnis captiui nobiles quidam, rediret
 ipse

ipse Carthaginem. Is cum Rhomam uenisset, utilitatis speciem uidebat, sed eam (ut res declarat) falsam iudicauit, quæ erat talis, manere in patria, esse domi suæ, cum uxore, cum liberis, quã calamitatem accepiisset in bello communem fortunæ bellicæ iudicare, tenere consularis dignitatis gradũ: Quis hæc neget esse utilia? Quæ censes magnitudo animi & fortitudo negat (nam locupletiores quæris autores) harum enim est uirtutum proprium nil extimescere, omnia humana despicere, nihil quod homini accidere possit intolerandum putare. Itaque quid fecit? in senatum uenit, mandata exposuit, sententiam ne diceret, recusauit: quandiu iureiurando hostium teneretur non esse senatorem. Atque illud etiam (ô stultum hominem dixerit quispiam, & repugnantem utilitati suæ) reddi captiuos, negauit esse utile. Illos enim adolescentes & bonos duces esse, se iam confectum senectute. Cuius cum ualuisse autoritas, captiui retenti sunt, ipse Carthaginem redijt. Neq; eum charitas patriæ retinuit nec suorum. Neq; uero tum ignorabat se ad crudelissimũ hostem, & ad exquisita supplicia proficisci. Sed iusiurandum cõseruandum putabat. Itaq; tum cum uigilando necabatur, erat in meliori

liori causa, quàm si domi senex, captiuus, & periurus consularis remāssisset. At stulte, qui non modo non censuerit captiuos remittendos, uerū etiam dissuaserit. Quomodo stulte? Etiāne si rei publicæ conducebat? Poteſt autem quod inutile reip. sit, id cuiquam ciui utile esse? Peruertunt homines ea quæ sunt fundamēta naturæ, cū utilitatem ab honestate ſeiungūt. Omnes enim expetimus utilitatem, ad eamq; rapimur, nec face-re aliter ullo modo possumus. Nā quis est qui utilia fugiat? aut quis potius qui ea non studiosissime prosequatur? Sed quia nusquā possumus, nisi in laude, decore, honestate, utilia repire, propterea illa prima & summa habemus: utilitatis nomen non tam splendidum quàm necessariū ducimus. Quid est igitur (dixerit quis) in iureiurando? Num iratum timemus Iouem? At hoc quidē cōmune est omnium philosophorū, non eorū modo, qui deum nihil habere ipsum negotij dicunt, & nihil exhibere alteri: sed eorū etiam qui deum semper agere aliquid & moliri uolunt, Nunquā nec irasci deum, nec nocere. Quid autem iratus Iupiter, plus nocere potuisset, quàm nocuit sibi ipse Regulus? Nulla igitur uis fuit religiōis, quæ de malis. s. tantam utilitatem peruerteret. An ne turpiter faceretur? Primū minima de malis. Num igitur tantum erant.

tum mali turpitudine ista habebit, quantum ille cruciatus? Deinde illud etiam apud Accium (Fregisti ne fidem? Neque dedi, neque do infideli cuiquam) quanquam ab impio rege dicitur, luculente tamen dicitur. Addunt etiam, quemadmodum nos dicamus, uideri quaedam utilia quae non sint, sic se dicere, uideri quaedam honesta quae non sint: Ut hoc ipsum uidetur honestum, conseruandi iurisiurandi causa ad cruciatum reuertisse: Sed fit non honestum: Quia quod per uim hostium esset actum, ratum esse non debuit. Addunt etiam, quicquid ualde utile sit, id fieri honestum, etiam si ante non uideretur. Haec ferè contra Regulum. Sed prima uideamus. Non fuit Iupiter metuendus, ne iratus noceret, quia neque irasci solet, neque nocere. Haec quidem ratio non magis contra Regulum, quam contra omne iusurandum ualet. Sed in ius reuorando, non qui metus, sed quae uis sit, debet intelligi. Est enim iusurandum affirmatio religiosa: quod autem affirmatiue, quasi deo teste promiseris, id tenendum est. Iam enim non ad iram deorum, quae nulla est, sed ad iustitiam, et ad fidem perinet. Nam praecclare Ennius,

O fides alma, apta pinnis, et iusurandum Iouis.

Qui igitur iusurandum uiolat, is fidem uiolat, quam in Capitolio uicinam Iouis Opt. Max.

(ut in

(ut in Catonis oratione est) maiores nostri esse uoluerunt. At enim ne iratus quidem Iupiter plus Regulo nocuisset quam sibi nocuit ipse Regulus.

Certe con Certe, si nihil malum esset nisi dolere. Id autem
cedentis. non modo non summum malum, sed nec malum quidem esse, maxima autoritate philosophi affirmant. Quorum quidem testem non mediocre, sed haud scio an grauissimum Regulum, nolite quaeso uituperare. Quem enim locupletiorē querimus, quam principem populi Rhomani, qui retinendi officij causa, cruciatum subierit uoluntarium? Nam qui aiunt minima de malis, hi ut turpiter potius quam calamitose. An est ullum maius malum turpitudine? Quae si in deformitate corporis habeat aliquid offensionis, quanta illa deprauatio & foeditas turpificati animi debet uideri? Itaque neruosius qui illa differunt, solum
ut Stoici. audent malum dicere, id quod turpe sit: qui aut
Remissius remissius, hi tamen non dubitant summum malū
ut Peripa dicere. Nam illud quidem, Neque dedi, neque do si
tetici. dem infideli cuique: iccirco a poeta dicitur, quia cum tractaretur Atreus, personae seruiendū fuit. Sed si hic sibi sumunt, nullā esse fidem, quae infideli data sit, uideant ne queratur latebra periuurio. Est autem etiā ius bellicum, fidesque iurisurandi saepe hosti seruanda. Quod enim iuratum est, ut

Est, ut mens conciperet fieri oportere, id obseruandum est: quod aliter, id si non fecerit, nullum periurium est. Vt si prædonibus pactum pro ca- Iustus hosti
piti pretium non attuleris, nulla fraus est, ne si bus pacta
iuratus quidem id non feceris. Nam pirata non præstada,
est ex perduellium numero definitus, sed commu latroibus
nis hostis omnium. Cum hoc non fides esse debet, nihil oportet.
nec iusurandum comune. Non enim falsum iurare, peierare est, sed quod ex animi tui sententia iuraueris, sicut uerbis concipitur (more nostro) id non facere, periurium est. Scite enim Euripides. Iuravi lingua, mentem iniuratam gero. Regulus uero non debuit conditiones, pactionesque bellicas & hostiles perturbare periurio. Cum iusto enim & legitimo hoste res gerebatur, aduersus quem & totum ius feciale, & multa sunt iura communia. Quod ni ita esset, nunquam claros uiros senatus uinctos hostibus dedidisset. At uero Ro. exerci
T. Veturius, & Spurius Posthumius, cum iterum tus in Cau
consules essent, quia cum male pugnatum apud Caudinis fur
dium esset, legionibus nostris sub iugum missis, pacis sub iu
cem cum Samnitibus fecerant, dediti sunt his. In gum mis
iusu enim populi, senatusque fecerant. Eodemque 103 sus a
tempore T. Numitius, Q. Aemilius, qui tum tri Samnitibus.
buni plebis erant, quod eorum autoritate pax erat facta, dediti sunt, ut pax Samnitum repudiaretur.

Atque

104

Atq; huius deditiois, ipse Posthumius, qui dea
 debatur, suasor & autor fuit: Quod idem multis
 annis post C. Mancinus: qui ut Numātinis, qui
 bus cum sine senatus autoritate fœdus fecerat,
 dederetur, rogationem suasit eam, quam Lucius
 Furius, & Sextus Attilius ex senatusconsulto fe-
 rebant: qua accepta, est hostibus deditus. Hone-
 stus hic quàm Q. Pompeius, quo, cū in eadem
 causa esset, deprecante, accepta lex non est. Hic
 ea quæ uidebatur utilitas, plus ualuit quàm hone-
 stas. Apud superiores utilitatis species falsa, ab
 honestatis autoritate superata est. At non debuit
 ratum esse, quod erat actum per uim. Quasi ues-
 ro forti uiro uis possit adhiberi. Cur igitur ad
 senatum proficiscebatur, cum præsertim de cap-
 tiuis dissuasurus esset? Quod maximū in eo est,
 id reprehēditis. Non enim suo iudicio stetit, sed
 suscepit causam, ut esset iudicium senatus, cui
 nisi ipse autor fuisset, captiui pfecto Pœnis red-
 diti essent: ita incolumis in patria Regulus resti-
 tisset. Quod quia patriæ non utile putauit, iccir-
 co honestum sibi & sentire illa, & pati credidit.
 Nam (quod aiunt) quod ualde utile sit, id fieri
 honestum. Imò uero esse, non fieri: Est enim nihil
 utile, quod idem nō honestum: nec quia utile, ho-
 nestum est, sed quia honestū, utile. Quare ex mul-
 tis mi-

tis mirabilibus exemplis, haud facile quis dixerit, hoc exemplo aut laudabilius, aut praestantius. Sed ex tota hac laude Reguli, unum illud est admiratione dignum, quod captiuos retinendos censuerit. Nam quod redijt, nobis non mirabile ui detur: illis quidem temporibus aliter facere non potuit. Itaq; ista laus non hominis, sed temporum. Nullum etiam uinculum ad astringendam uitam iureiurando maiores arctius esse uoluerunt. Id in dicant leges in duodecim tabulis, indicant sacra, indicant foedera, quibus etiam cum hoste deuincitur fides: Indicant notationes, animaduersionesq; censorum, qui nulla de re diligentius quam de iureiurando iudicabant. L. Manlio Auli filio, cum dictator fuisset, M. Pomponius tribunus plebis diem dixit, quod is paucos sibi dies ad dictaturam gerendam addidisset: criminabatur etiam quod Titum filium, qui postea est Torquatus appellatus ab hominibus, relegasset, & ruri habitare iussisset. Quod cum audiuisset adolescens filius negotium exhiberi patri, accurisse Rhomam, & prima luce Pomponij domum uenisse dicitur. Cui cum esset nunciatum, quod illum iratum allaturum ad se aliquid contra patrem arbitraretur, & surrexit e lectulo, remotisque arbitris, ad se adolescentem iussit uenire. At ille ut ingressus est, confestim gladio

Quanta
antiquitas
iureiurandi
religio.
Pomponi
us iureiurandi
etiam me
tu exortum
praestandit
putauit.

diū distrinxit, iurauitq; se illum statim interfec-
 tū, nisi iusiurandū sibi dedisset, se patrē miſsum
 eſſe facturū. Iurauit hoc terrore coactus Pompo-
 nius: rem ad populū detulit: docuit sibi à causa
 desistere neceſſe eſſe. Manlium miſsum fecit. Tan-
 tum temporibus illis iusiurandū ualebat. Atq; hic
 Torquati T. Manlius is est, qui ad Anienem Galli, quē ab
 cognomē. eo prouocatus occiderat, torque detracto, cogno-
 men inuenit: Cuius tertio consulatu Latini ad Ve-
 serim fuſi, & fugati. Magnus uir in primis, & quē
 Indulgēs, nuper indulgens in patrem, idem acerbus & se-
 quē acer- uerus in filium. Sed ut laudandus Regulus in cōs-
 bum in se, seruando iureiurando, sic decem illi quos post
 sic tamen Cannensem pugnā iuratos ad senatū miſit Han-
 amauit: in nibal in castra redituros ea quorū erant captiui,
 dē filiū se nisi de redimendis captiuis impetrauiſſet, si non
 curi p̄cuſ= redierunt, uituperādi. De quibus non omnes uno
 ſit. modo. Nam Polybius bonus autor in primis scri-
 bit ex decem nobiliſſimis, qui tunc erant miſſi,
 nouem reuertisse, à senatu re nō impetrata: Vnū
 ex decem, qui paulo post quā egreſſus erat è ca-
 stris, rediſſet, quasi aliqd eſſet oblitus, Rhomæ re
 mansiſſe: Reditu enim in castra liberatum se eſſe
 iureiurando interpretabatur. Non recte. Fraus
 enim diſtringit, non diſſoluit periurium. Fuit
 igitur ſtulta calliditas peruerſe imitata prudens
 tiam

tiam. Itaq; decreuit senatus, ut ille ueterator & callidus, uinctus ad Hannibalem duceretur. Sed illud maximum. Octo hominũ milia tenebat Hannibal, non quos in acie cepisset, aut qui periculo mortis diffugissent, sed qui relictĩ in castris fuissent à Paulo & Varrone consulibus. Eos senatus non censuit redimendos, cum id parua pecunia fieri potuisset, ut esset insitum militibus nostris aut uincere, aut emori. Qua quidem re audita, fractum animũ Hannibalis scripsit idem, quod senatus populusq; Rhomanus, rebus afflictis tant excelso animo fuisset. Sic honestatis cõparatione, ea quæ uidentur utilia, uincuntur. Attilius autem, qui græce scripsit historiam, plures ait fuisset, qui in castra reuertissent, eadem fraude, ut iureiurando liberarentur, eosq; à censoribus omnibus ignominijs notatos. Sit iam huius loci finis. Perspicuum est enim quæ timido animo, humili, demisso, fractoq; fiant (quale fuisset Reguli factũ, si aut de captiuis, quod ipsi opus esse uideret, non quod reipub. censuisset, aut domi remanere uoluisset) non esse utilia, quia sunt flagitiosa, & foeda, & turpia.

DE TEMPERANTIA.



Estat quarta pars, quæ decore, moderatione, modestia, continentia, temperantia continetur. Postest igitur quicquam utile esse,

quod sit huic taliu uirtutum choro cōtrariū?

Cyrenaici Atqui ab Aristippo Cyrenaici atq; Annicerij
 Epicurei ab philosophi nominati, omne bonum in uolu-
 Aristippo Cx ptate posuerunt, uirtutemq; censuerunt ob
 renaico. 103 eam rem esse laudandam, quod efficiens esset
 Annicerij, ab uoluptatis. Quibus obsoletis, floret Epicu-
 Annicere, qui rus, eiusdem serè adiutor, auctorq; sententiæ.
 priorē sectam Cum his uelis equisq; (ut dicitur) si honestatē
 emendauit. tueri ac retinere sententia est, decertandum
 Obsoletis, id est. Nam si non modo utilitas, sed uita homi-
 ē obscuratis. nis beata corporis firma constitutione, eiusq;
 Velis equisq; constitutionis spe explorata (ut à Metrodoro
 puerbialiter. scriptum est) continetur, certe hæc utilitas,
 & quidem summa (sic enim censent) cū hone-
 state pugnabit. Nam ubi primū prudentiæ lo-
 cus dabitur? an ut conquirat undiq; suauita-
 tes? Quam miser uirtutis famulatus seruien-
 tis uoluptati. Quod autē munus prudentiæ?
 an legere intelligetur uoluptates? Fac nihil
 isto esse iucundius, quid cogitare potest tur-
 pius?

pius? Iam qui dolorem summū malū dicat, apud eum quem habet locū fortitudo? quæ est dolorum laborūq; contemptio. Quamuis enim multis in locis dicat Epicurus (sicut hic dicit) satis fortiter de dolore, tamen nō id spectandū est quid dicat, sed quid consentaneū sit ei dicere, qui bona uoluptate terminauerit, mala dolore: Vt si illum audiam de continentia & temperantia, dicit ille quidē multa multis locis, sed aqua hæret (ut aiunt) In aqua Nam quomodo potest temperantiam laudare is, hæret. qui ponat summū bonum in uoluptate? Est enim temperantia libidinū inimica: libidines autem consuetudines uoluptatis. Atq; in his tamen tribus generibus quoquo modo possunt, non incallē de tergiuersantur. Prudentiam introducunt, scientiam suppeditantem uoluptates, depellentem dolores. Fortitudinem quoq; aliquo modo expediunt, cum tradunt rationem negligendæ mortis, perpetiendiq; doloris. Etiam temperantiā inducunt non facillime illi quidem, sed tamē quoquo modo possunt: Dicunt enim uoluptatis magnitudinem, doloris detractiōe fieri. Iustitia uacillat, uel iacet potius: omnesq; hæ uirtutes, quæ in cōmunitate cernuntur, & in societate generis humani. Neq; enim bonitas, nec liberalitas, nec cōmunitas esse potest, nō plus quàm amicitia, si

o ij hæc

hæc non per se expetantur, sed ad uoluptatem, utilitatẽmue referantur. Conferamus igitur in pauca. Nam ut utilitatem nullam esse docuimus, quæ honestati esset contraria, sic omnem uoluptatem dicimus honestati esse contrariam. Quo magis reprehendendos Calliphonem & Dinomachum iudico, qui se dirempturos controuersiam putauerunt, si cum honestate uoluptatem, tanquam cum homine pecudem copulauissent. Non recipit istam coniunctionem honestas, aspernatur, repellit. Nec uero finis honorũ & malorum, qui simplex esse debet, ex dissimilibus rebus misceri, & temperari potest. Sed de hoc hæc tenus. Magna enim res: alio loco pluribus uerbis disputata. Nunc ad propositũ. Quemadmodum igitur, si quando ea quæ uideretur utilitas, honestati repugnat, dijudicanda res sit, satis est supra disputatum. Sin autem speciem utilitatis etiam uoluptas habere dicatur, nulla potest esse ei cum honestate coniunctio. Nam ut tribuamus aliquid uoluptati, condimenti fortasse nõnihil, utilitatis certe nihil habebit.

PERORATIO OPERIS.

HAbes à patre munus Marce fili, mea quidem sententia magnum, sed perinde erit
ut acce

ut acceperis. Quanquã hi tres libri inter Cratippi
 commentarios, tanquã hospites erunt recipi
 endi. Sed ut si ipse uenissẽm Athenas (quod quidẽ
 dem esset factum, nisi me è medio cursu clara uo-
 ce patria reuocasset) aliquando me quoq; audi-
 res, sic quoniam his uoluminibus ad te profecta
 uox mea est, tribue his temporis quantum pote-
 ris: poteris autem quantum uoles. Cum uero in-
 tellexero te hoc scientiã genere gaudere, tũ &
 præsens tecum propediẽm (ut spero) & dũ abe-
 ris, absens loquar. Vale igitur mi Cicero, tibiq;
 persuade, te mihi quidem esse charissimum,
 sed multo fore chariorem, si talibus
 monumentis, præceptisq;
 letabere.

MARCI TVLLII CICERO
 NIS LIBRI TER-
 TII FINIS.

o iiij